

bis: Primum: *Antecedens voluntas nullum habet operi voluntatis decretum Reprobationis: consequens autem tatem adversis, salvandorum & damnandorum, decretis distincta est.*

50. *Alterum*: Antecedens voluntas universaliter sequentem.

OMNES HOMINES complectitur; & omnibus offert salutis media, ut credant & salventur: consequens vero voluntas, hominum obedientiam & inobedientiam respicit, quatenus juxta universale consilium credunt, vel eidem repugnantes, non credunt.

51. *Extremum*: Antecedens voluntas tantum respicit miseriam hominum per fidem in CHRISTUM restaurandam: Consequens, fideles saluti destinat; infideles damnationi.

52. Unde colligitur eiusmodi *πόρισμα*: *Consequens πόρισμα: voluntas antecedenti non est contraria sed illi subordinata Consequens sive subalterna.* Quod porro probatur partim manu voluntas festis S. Scripturæ testimoniiis: partim rationibus ex ipsa naturâ Antecedentis & consequentis voluntatis *ti non est contraria.*

53. Ex Scripturâ quidem hoc manifesto liquet. 1. Quia illa consequentem voluntatem coniungit cum antecedente, illumq; huic subordinatin aureo illo dicto Joh.3.v.16: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitem eternam.* 2. Quia idem liquidò constat ex Parabolis Evangelicis, de cœnâ magnâ, Luc.14.v.16. & de nuptiis regiis, Matth.22 v.2.

54. Rationes idem probantes, sunt 1. Quia antecedens voluntas determinat, quid in negocio salutis humanæ Deus præstiterit, quid ordinaverit, & quid tandem, ut illam homines consequantur, ab illis requirat: voluntas vero consequens, respiciat ad actum ipsum.